

DEO JESU
CHRISTO SALVATORI
AGNO DEI
DOMINO DEFENSORI

*Tu omnia es, et potes. Tua sunt omnia, quia
Deuses, Dominuses, Creator, Conservator et Salvator
es, et cuncta a Te sunt. Tua etiam est Abbatia Pruniensis,
et a Te est, et cuncta, quae in ea, et quae ejus sunt, Tua sunt,
et quidem speciali nomine. Quia in tuo nomine fundata est
Tuo Nomini consecrata est, et tibi in titulum sanctissi-
mi Nominis tui erecta est, ut novisti a principio, quod
Tu es, nec opus, ut quis tibi suggerat. Sicut enim a Te
es, et omnia a Te, sic a Te suis omnia, et opus non est,
ut quis dicat tibi. Vis tamen quaedam, licet a longe et
ab aeterno a Te cognita et scita, scire a nobis in tempore
ut illa tibi confiteamur. Confitemur ergo tibi Deus
Magnalia bonitatis tuae, quae hunc locum, a Te electo,
et sanctificato contendiisti et praestitisti, ut mundus cog-
noscat Te, et quod hunc locum tibi elegeris, conserva-
veris, et eidem benedixeris: Ut merito quisque horrere
debeat, et vindictam tibi reservatam pertimescere, qui
adhuc locum, qui terra sancta est, offendere praesumpse-
rit. Tu enim, in cuius manu sunt Regna et Imperia, ut
cuicunque volueris, ea conferas; In cuius manu etiam cor-
da Regum sunt, ut quocunque volueris, veritas illa: Tu
Regum et Imperatorum corda, suaviter et fortiter dis-
posuisti, potenter excitasti, et movisti efficaciter, ut per
eorum regias manus, et ministerium legale amplissi-
mas*